

Cycladas & crebris legim' freta cōcita terris
 Nauticus xoriē vario certamine clamor
 Hortanē loci cretā proauosq; petamus.
 Prosequit' surgens a puppi ventus euntes
 Et tandē antiquis curretū allabimur oris.
 Ergo auidus muros optata molior vrbis
 Pergameāq; voco & lātā cognomine gentē
 Hortor amore focos arcemq; attollere tectis
 Iamq; fere sicco subducta littore puppes:
 Connubiis aruūq; nouisq; operata iuuentus
 Iura domosq; dabā: subito cū tabida mēbris
 Corrupto coeli tractu miserandaq; venit
 Arboribusq; satisq; lues: & loetifer annus
 Linqbāt dulces animas: aut agra trahebant
 Corpora: tum sterilis exurere syrius agros.
 Arebāt herbæ: & victū seges agra negabat.
 Rursus ad oraculū ortygie phœbūq; remēso
 Hortatur pater ire mari: veniāq; precari.
 Quem fessis sinē rebus ferat: vnde laborum
 Tēptare auxiliū iubeat: quo vertere cursus.
 Nox erat: & terris aialia somnus habebat
 Effigies sacræ diuū phrygiūq; penates
 Quos mecū a troia mediūq; ex ignib' vrbis
 Extulerant: nisi ante oculos astare iacentis

ad diuersa corpora transit: vt Et cū frigida mors aia seduxerit artus. Sic em̄ nos relinquit: quosq; nihil preter corpus est. Vnde Palinurus. Nunc me fluctus habent. hoc est corpus quod solum mē est. Syrius stella in ore canis: quæ oritur circa. viii. Cal. iulii: quæ orta plerūq; pestilentia toto anno fecit: plerūq; paucis diebus interdū innoxia nascit'. Creat pestilentia: si in hac rem etiam ceterorū consentiat: astroq; cursus Seges. terra. Viti astare. nō astabant: sed videbantur.

DO. Sparfasq; post specialia transit ad generalitatē. Nam cū dixisset noia aliquarū insularum addit crebris legim' s. f. c. t. Quia nec cognitionē habere Aeneas oim vocabuloq; potuit: & odiosum fuit relationē ipsam. Latere longiorē. Legere autē est nauticū verbū: cum colligunt funes: cū pelagi plixa trāsmittunt: Et p̄tinet ad oēs insulas: & ad fr̄ea p̄tinent. Clamor. vel morē nautarū expressit vel eorū gaudiū qui suffragantibus ventis p̄spera sperabant. Vario c. nam varia officia sunt: & oia cū certamine & labore. Tandē. non plix navigationis fuit. sed cupiditatis nauigantiū. Nam cupienti omnia tarda sunt: & si summopere p̄perent. Auidus: nō auarus: sed quasi oculi cupidus. Focos. vt haberēt cū laribus no uis affectus: Arcemq; quæ p̄cipue amauit in troia hāc repare cupiebat. Sicco. nā v̄dum etiam est littus. Connubiis aruūq;. Quæ res ostendebat magnā fiduciam manendi. Iura domosq;. Leges viuendi & domos: aut ipsarū domorū iura. i. domōs a legibus deputant. Subito c. t. m. securis ac dispositis omnib' subita pestilētia coorta est ex aeris corruptione nō hoibus solū: sed arboribus & satis victus causa. Supra em̄ dixerat Aruū operata iuuentus. Langore autē corporis loctū effugere nō poterat. Linquebant. ex principali malo hāc pueniebant: aut moriebant hoies: aut corporibus tabe dissolutis trahebant miserabile vitā. Exurere sy. Ergo qui spem euadendi habebāt fame perituri videbant: cū syri' exurendo omia sterilia redderet. Rursus. pater qui prudentia alios praeibat primus sensit aliquid factū contra praecepta Apollinis. Nox erat. virtutes animi sui & meritū gratia deorū cōmendat. Et ostēdit q' ceteris dormientibus ipse acriter rebus publicis inuigilabat.

CHRI. Naxū. inter cycladas insulas enumerat orthygia: naxus. dionysa & paros. Naxos teste Pli Naxos nio strōgyle dicebat. Butes Boreæ filius a Lycurgo fratre pulsus in hanc insulā venit rapta ex thessalico littore. Coronide vna ex bacchantibus: quo furto a Baccho in furorē versus est: ob quā rem se in puteū iecit. Deinde Epbialtes & Othys raptam matrē & sororē Pantratidē inquirentes in strōgylem venere



20991 V. 9. e.

6SPAW 248

IN=030012833

ID=232026PP0

